

PARS SECVND A

DE VARIO ET MVL TIPLICI VSV HVIVS HORO.

scopii, qui quidem ex Solis Lunæq; motu & Stellis
quibusdam fixis pendeat. .

PROBLEMA PRIMVM

**Qua ratione uerum Solis locum in Zodiaco quocumque
die ex theorica Solis propria artificiose inuenias?**

Q Vandoquidem in ac secunda parte cōfici nihil potest nisi inuenito prius gradu Solis, Consultum visum est hoc quōq; sequens adponere instrumentum theoreticæ solis, in quo facilime gradum Solis inuenies, si tamen filum subtile ipso centro adfixeris, Tunc itaq; diem Mensis supputa in quem Solis gradum scire cupis in circulo dierum Mensium, & huic quidem impone filum ex centro theoreticæ , quod statim tam signum quam certum signi gradum tibi monstrabit, in quo Sol eo die permeat. In anno tamen Bisextili post finem Februarii usq; ad exitum anni semper ad diem oblatum dies insuper unus addendus est. Hinc itaq; iam supputatione confecta in limbo Mensium filum verum Solis locum in Ecliptica propositæ diei ostendit.



B 3 PROBLEMS